intra vel extra Regnum Servitio Militari ad Exercitum ad Illumi
nenta vel alys quibusvis Dillonibus et legalibus impedimentis non
differendo Vad Quietationem etiam ultra primos Ternos Offi
ffati Castrensis Capitanei Praemisliensis Dillonis sibi non recipiendis
nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac prae
missa omnia poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus desperatione
fatalys Juris praescriptione Terrestri bello conventioneque tum et alys
omnibus Juris remedys et deffensis non subterfugiendo nec quovis
modo evadendo Hac sua personali recognitione ad praemissa omnia et
singula mediante.

Winnicki filiabus suis Resignat

Comparens personaliter Coram Officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Praemisli
ensibus Nobilis Petrus Winnicki olim Nobilis Les Winnicki filius Sanus mente
et Corpore existens a Terrestri Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis qui
busvis proprys et Competentibus recedendo praesentique Castrensi Capitaneali
Praemisliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet Se cum Successoribus
ac bonis suis quibus omnibus totaliter et plenarie incorporando et subjici
endo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse ductus
amore Paterno erga filias suas Nobilibus Halze consorti Nobilis Ste
phani Czaykowski atque Paraskę Virgini innuptae filiabus suis Summam
pecuniarum Ducentorum florenorum polonicorum cuilibet illarum per Centum florenorum
polonicorum de bonis suis omnibus paternis et maternis ipsas inviendo dotis
et expeditionis concernentibus per se sive successores suos Soluturum
Ea tamen Conditione adiecta quod praefatae filiae suae post persoluti
onem et receptionem eiusdem summae tenebuntur abrenunciationem
de bonis suis Paternis et maternis cum personali assistentia maritorum
suorum coram Actis autenticis Regni facere et recognoscere
inscribit et assecurat Atque sub vadio similis summae sorti et
interesse cuilibet illarum correspondenti in casu non solutionis per
eundem Nobilem Petrum Winnicki Patrem eisdem filiabus suis sive
sive successorum illarum ad solvendum succumbendo Pro quo qui
dem vadio modo praemisso ad solvendum succumbito ac pro aliqua
principali ex praemissis non Completa Complenda citatus existens

1380

noval[ite]r recognoscens Nobilis Petrus Wirnicki sive eius Successores ad
instantiam praefatarum filiarum suarum sive earum Successorum, Ad officium
praesens Castrense Capitaneale Praemisliens[e] extunc demo recessu supra
scripto quo ad respondentum spectat mediante semper in primo citationis
Termino tanquam peremptorio stare Juri parere respondere vadium praefatum
luere Inscriptioni suae satisfacere ac omne dictilatum pati debebit
et tenebitur seq[ue] ac suos Successores ad eadem omnia obligat eun
dem Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequen
tes eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro
maiori minorennitate Successorum legatione intra vel extra Re
gnum servitio Militari ad Exercitum ad Munimenta vel alijs qui
buscunque Dillationibus et legalibus impedimentis non differendo ad
Quietationem etiam ultra proximos terminos Officij praefati Castrensis
Capitan[ealis] Praemislien[sis] Dillationem sibi non reservando nullasq[ue] mo
tiones appellones ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus ac alijs iuris
praescriptione Terrestri bello conventioneq[ue] tum et alijs omnibus iuris reme
dijs et defensis non subterfugiendo nec quovis modo evadendo stae
ta personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Actum in Castro Premisliensi,
8/VII Fera Quinta post Festum Visitationis
B. V. Mariae proxa Anno Dni Millesi
mo Sexcentesimo Quadragesimo Nono,

Bolestraszycka et Mniszkowska
Intercisam Roborant

Comparentes personaliter Coram Officio Actisq[ue] praesentib[us] Castrensibus Capitaneal[ibus]
Praemislien[sibus] Generosa Zophia de Chlewiska Odrowazowna olim
Generosi Erasmi Swatopelk Bolestraszycki de Wiedrze consors relicta
vidua et Catherina Krachowska olim Gnosi Christophori Mniszko
wski consors relicta vidua parte ab altera sani mentib[us] et cor
poribus existentes, a terris Districtib[us] Iurib[us] Iurisdictionibusq[ue] suis
ab una, quibuscunq[ue]